Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



43

sententiam possumus de numero cortinarum bis
quinario et ita disserere quod sequaces in utroque
testamento diuine signauerint; Et priores qui
dem quinque quae frontem ac primam tabernaculi
pastem protegebant siue faciebant antiqui dei populi
typum gesserunt; qui decreta legis in sacramento
circumcisionis et hostiarum et uaria cerimoniarum
obseruantia secundum litteram implebat; Sequentes
uero quinque cortine quae posteriora tabernaculi
tegebant uel et ita suo tegmine faciebant nos de
signauerint qui post aduentum domini in carne nati
libros ac sacramenta legis spiritaliter ipso reuelante
ac donante seruamus; Et quidem omnes costi
nae unius operis eisdemque erant depictae coloribus
sed quinque sibimet mutuo coniunctae quia omnes
utriusque testamenti cultores in unum eundemque
dominum credebant unius eiusdemque pietatis et casti
tatis operibus seruiebant; Sed in celebratione
sacramentorum suas uterque populus discretim par
tes agebat; Nam passionis dominicae per quam utri
que sumus redempti sacramentum illi in carne ac
sanguine uictimarum nos in oblatione panis et
uini celebramus; Illi uenturum in carne natiui
tatem dominicam praedicationem uirtutum operationem